

## Aduertencias para

¶ Tertio aduerte q̄ hoc priuilegium est personale, utpote personis cōcessum, & sic sequitur personam vbicunq; fuerit: secundum regulam communē. Et licet finito officio Prouincialis, vel Vicarij, aut Commissarij Prouincialis, non possint ipsi amplius hoc priuilegio uti, quia officio, & dignitati fuit concessum; at vero nō cessabit in fratre, cui auctoritate Apostolica hoc cōcesserunt, ut supra dictū est, fol. 117. An autem cesset si frater iste Indiarum, cui facta est dicta commissio vadat in Hispaniam? Respondet pater a. Veracrucē, q̄ quandiu est Prouincia Indiarum, vnde missus fuit, q̄ gaudet dicto priuilegio: quia illud est priuilegiū personale. An vero si idē sit, si hinc recesserit abiturus totaliter in Hispaniā? Respōdet idē Magister q̄ non, sed q̄ tunc cessabit, quia hoc priuilegium cōcessum fuit Prouincialibus Indiarum & fratribus suis, & cum ille non sit Indiarum, non gaudebit predicta auctoritate, & priuilegio: nisi de nouo sibi concedatur à Ministro Prouinciali cui subijcitur. Itaque, quādiu fuerint isti fratres quibus cōmissa est potestas utendi hoc Breui Clemētis. 7. subditi Prouincialibus qui eis hanc auctoritatem cōmiserunt, gaudēre utiq; poterunt dicta auctoritate